

Ingenui verè  
sales.

nis naturam significantē, quod illi vel à naturâ libertatem hauserint, vel suo arbitratu & ingenio vivere valuerint. Fr. Connan. *comm. jur. civ. lib. 2. c. 11. n. 1.* Quotuplisiter autem vox ingenui in jure nostrò accipiatur, vide apud Rebh. *holog. jur. p. 81.* His loci ingenui sunt *vel verè sales vel ex jurâ fictione* pro talibus habentur. Illi dicuntur, qui cum ipso statim aere libertatem hauserunt, seu, ut Imperator dicit statim ut nati sunt, liberi sunt. Et ideò de eò quidē, qui ex patre & matre liberâ natus est, nullū poterat esse dubiū, illū scil. ingenuum esse. Cum autem costringere possit, alterum patrum liberum, alterum servilis conditionis esse, ex hinc alia nascitur quæstio, cujus nimirum conditio in substratâ materiâ attendenda? Ad matrem respiciendum esse disertè constituit Imperator in *pr. n. 5.* Utut enim jura ingenuitatis juri civili transcribenda, ipsa tamen ingenuitas à naturâ suam sortitur originem. Sicut enim servieus fiunt, cujus est ancilla, quæ eos enixa, nulla planè eam impregnantis ratione habitâ *l. 5. §. 2. & 3. π. de R. V.* Vide & *l. 25. π. de Usur.* ita & hic partus ventris seu matris tanquam soli, non patris seu seminis conditionem sequitur *l. 7. C. de R. V. l. ult. C. de lib. caus.* Adeò ut pater non secus ac respectu vulgò conceptorum in *h. §. & l. 23. & 24. π. de stat. hom.* pro nullò vel incertò habeatur. Sicut potius in iis quæ jus civile induxit, agnationibus utpote gentilicibus &c: Patris tanquam capitis ac principis domus suæ, in quam ipse illa intulit nomina, conditio maternæ meritò præferretur; ita vicissim in naturalibus, quibus ipsa ingenuitas assignatur, ad matris tanquam partis certioris statum reflexus faciendus. Conn. *comm. jur. civ. lib. 2. c. 11. n. 6.* Secus, ac in liberis ex justis nuptiis procreatis, res comparata; in his etenim liberi patrem sequuntur: cum nuptiæ per se satis firmæ ad ingenuitatem probandam censeantur *l. 19. π. de stat. hom. V. Franzk. comm. ad Dig. d. t. n. 27. & 28.* Et ex hinc Bachovius vocem *matrimonii* in hoc § superfluum esse rectè sentit: Neq; enim, ut ex matrimonio natus sit, ad ingenuum requiritur, sed ex liberâ tantum matre ut natus sit, sufficit. *l. 5. §. 2 π. de stat. hom.*

XIX. Et licet alias in casu eò quò libera concepit, ut ancilla autem peperit, ad partus tempus saltem respectus habeatur, & quod ita natum, servilis conditionis perhibeatur, *l. 9. π. ad Municip.*

cip.